



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

XVIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11903**

giminis admittere, brevi responso Legati dimissi sunt. † Nihil detractum iri juribus Saxonum, si quæ haberent, salva ea, liberos urbis ritus futururos. *Moguntinorum re- sponsum.* Cæterum, ut Duces quacunque via ad rerum urbanarum curam admitterentur, nullo modo fieri posse.

Quæ cum omnia minus feliciter ex votis Erturtenſium succederent, nec tamen obſequi juffis imperantium animus eſſet, de impunitate circumſpexere factionum hæcenus Ductores. Duo videbantur, quibus obtegere moroſitatem poſſent. † Alterum, ſi ferocienti jam odiis Moguntinis plebi habenas laxarent, in cujus licentiam poſtea, & impotentem impetum ſuas culpas conjicerent. Præterea ſi ſpecie boni publici plures in ſocietatem ſceleris traherent, ac aperto fœdere conjuratio firmaretur, ut ſic vel multitudine delinquentium impunes, aut conjuratorum viribus ſuperiores eſſent. Utrumque ſiniſtrè ceſſit, & conſultoribus peſſimè; quippe auctoritas magiſtratum perdidit, quod licentiæ vulgi additum eſt: Statim multitudo licentiùs agere, ſenatum deſpicere, implere curiam, bonos, malosque, ipſos etiam conſultores fugare, & ea dira moliri, quæ vix ulla ſeditionum ætas vidit. † Fœdus (a) ſub titulo pacti concordiæ iſctum, cum nihil magis quàm tumultus ſpectaret, aut certè repudiandi juffa Cæſaris audaciam. Conſule & Syndico negotium urgente

U 3 has

(a) Impreſſus eſt ſub titulo Einigkeits Neceß.

XVIII.

*Factioni plebem excitant.*

*Fœdere ſeditione ſtabiliunt.*

Cujus leges  
subscribere  
Limprech-  
tus renuit.

Scutum ad-  
versus Cæ-  
sarem.

XIX.

has in leges subscripsere : Integra Electori  
jura, Ducibus protectio, sed & urbi libertas esset, cu-  
ne quid detrimenti pateretur, communi ope laboran-  
ros, injurias, pericula, quæ pro Republica quis incur-  
ret, omnium; Silentium consiliorum sanctum, concor-  
dia inter Senatum & cives curæ esset. Limprech-  
tus † cum hæc in Curia agerentur, se do-  
mi continuit, seu morbo præpeditus, ut  
prætendit, seu quod absentia sua consilio-  
rum iniquitatem damnaret, malletque  
abesse à consiliis, quibus assentiri nefas du-  
ceret, quam inutili voto aliorum in se fu-  
rorem provocare. At vel in societatem  
sceleris trahendus videbatur Limprech-  
tus, aut si renueret, fatali plebis odio im-  
plicandus. Mittit ad eum Senatus, qui  
leges foederis ad subscribendum porrige-  
rent: Ille cum paucis perlustrasset, repe-  
rire se ait, quæ Cæsar, quæ Elector in argu-  
mentum renitentiaæ sint accepturi, attam-  
en se maturius deliberaturum, vellent  
Senatus declinanti jam morbo, & dilatae  
ob hunc resolutioni paucos dies conce-  
dere. Omnia hæc cum acri commenta-  
tione in vulgus sparsa, & quasi jam immer-  
si coeno inquinari amplius non possent, ul-  
terius in seditionibus volutantur. † Cæsar,  
Elector, cum imperatas preces exigeret,  
receptionem Consulium urgeret, decre-  
tum in Senatu, Ne quid inconsultis Saxonibus sta-  
tueretur.

His Schmidburgius Baro, & Goppoldus  
Imperialis aulae Consiliarii in fine anni su-  
perve-